¶ Marcij celij fabij Quintiliani de officio diſcipulorum compendioſiſſima preceptio.

Cura de officijs docētiū locutus diſcipulos id vnū interim moneo. vt p̄ceptores ſuos nō minus q̄ ipſa ſtudia ament: ⁊ parentes eſſe nō quidem corporū: ſed mētium credāt. ¶ Multum hec pietas confert ſtudio. Nam ita ⁊ libenter audient: et dictis credēt: ⁊ eſſe ſimiles cōcupiſcent: in ipſos deniq̄ cetus ſcholariū leti ⁊ alacres conuenient emendati nō iraſcentur: laudati gaudebūt. ⁊ vt ſint chariſſimi in ſtudio merebūt̄. ¶ Nā vt librorū officiū ē docere: ſic horū p̄bere ſe dociles alioq̄n neutrū ſine altero ſufficit. Et ſicut hoīs ort⁹ ex vtroq̄ gignētiū cōfert̄: ⁊ fruſtra ſparſeris ſemina: niſi illa p̄mollit⁹ fouerit ⁊ ſulc⁹: ita eloquētia coaleſcere neq̄t niſi ſociata tradētis accipiētiſq̄ ꝯcordia.

bere honorē vel opē ferre. Quo factū eſt vt officia bñficia dicātur ſiue obſequia. Cicero. Odioſuꝫ ſa-
ne genꝰ hoīm officia exprobrantiū: q̄ meminiſſe debet is in quē collata ſunt: non cōmemorare qui cō-
tulit. Quintilianus. Duxit me ſimilis etas: vixerunt officia: cepit fides: amantē odiſſe nō potui hinc   Officia.
officioſus .i. obſequioſus ⁊ qui facile merentibus exhibet honorem. A quo fit aduerbiū officioſe .i.   officio-
cū officio: ⁊ vt ita dicā: obſequioſe. Officiū ēt dicit̄ magiſtratꝰ: vel q̄ honoris gratia inſtitutꝰ eſt: vel   ſus.
q̄ opē populo fert: vel q̄ ius qđ cuiq̄ debet̄ reddit. Cetere quoq̄ artes actionē ſuā officiuꝫ vocant.   officioſe.
Vñ grāmatici dicimꝰ officiū: medici officiū: architecti officiū. ab eodē vocabulo etiaꝫ officina dicta   Officiū.
eſt. locus in quo artifices opera ſua faciūt. Et hoc diſtat a taberna. qđ officina eſt vbi opa officiun-
tur. Taberna vbi venduntur. Vñ opifices ⁊ tabernaꝝ dicunt̄. Cicero. Opificēs ⁊ tabernarios: atq̄   Officina
omnē illā fecē ciuitatū q̄d eſt negocij cōcitare: Tabernas etiā antiqui cauſas dixerūt: eo ꝙ ex tabu-   taberna.
lis fieri ſoleāt. Hec ille. hoc ḡ loco de officijs .i. de debito obſequio vel ꝯuenīēte munere ſeu opere ex-   opifices.
hibitione. Si q̄s aūt querat cū officio ſit noceo quomō officiū in bonā partē accipiat̄. Dices p̄mū   Taber-
ꝙ officiū venit ab officio ṽbo ſumpto ꝓ officio. Deinde ꝙ hec ꝓpoſitio ob vñ cōponit̄ illā diuerſita-   nas.
tem importat. Nā aliq̄n eſt cōtra aliq̄n ꝓpter. Vñ cū fecit hoc ob iniquitatē tuā ⁊ feci hoc ob amici-
tiā noſtrā diuerſimode accipio. Nā p̄io mō loquor hoſtiliter. vt ſit ꝯtra iniquitatē tuā. Scđo modo
amicitie vt ſit ꝓpter amicitiā noſtrā. Officio ergo ab ob .i. cōtra id qđ vtile eſſet facio: ⁊ ita idē eſt ꝙ   Ob
noceo. Et officiū eſt id ob qđ .i. ꝓpter qđ efficiēdū q̄d factū eſt. ⁊ q̄ oīa in bonū ordinātur: officiū ēt
bonū dicit̄. ❡ Docētiū ⁊c. Sicut doceo ⁊ diſco differūt. ita docēs ⁊ dicēs: doctor ⁊ diſcipulus: doctri-
na ⁊ diſciplina. Eſt autem docere doctrinā dare diſcere eā accipere: diſciplina in diſcipulo. doctri-   Doceo.
na in docente eſt. Locutꝰ ſcḋm ipm Quintilianū ſecuti ⁊ ſecutꝰ a loquor ⁊ ſequor q in c mutauit i p̄teri-   Diſco.
to. Id vnū moneo. Nā moneo duos accuſatiuos regit. q̄ ſepe tñ a Liuio ⁊ alijs doctis admoneo te   Locutus
virtutis tue: quaſi memorē facio. Reddit aūt diſcipulū q̄ hic auditor eſt beniuolū: q̄ vnū dumtaxat   Moneo.
preceptū ei tradit. Preceptor eſt q̄ q̄ſuis artē p̄cipit: aut aliqđ preceptū dat. Eſt aūt idem p̄ceptum   admo-
fere ⁊ p̄ceptio. Sed vt Valla docet. nō idē ſunt inſtitutū ⁊ inſtitutio. Nā inſtituta ſunt mores ⁊ con-   neo.
ſuetudines a maiorbꝰ inſtitute. ſꝫ inſtitutiōes ſunt libri in q̄bus artes aut leges inſtituuntur. Unde   p̄ceptor.
ſcḋm eū Juſtiniani imperatoris rectiꝰ inſtitutiōes q̄ꝫ inſtituta diceremꝰ. Mens eſt qua meminimus ⁊   preceptū
cōcipimus res: eā aūt p̄ceptor nobis aut parit aut ornat. Pietas .i. cultus ⁊ obſeruātia in maiores   p̄ceptio.
hoc eſt in deū parētes ⁊ p̄ceptores q̄bꝰ nō dat̄ equiualēs vt .d. Boe. vñ apud Ver. Eneas inducit̄ pi-   Inſtitu-
us maxīe in deos ⁊ in parētes. cultus aūt ille pietatis erga deū: .d. grece Euſebia. ſeruitꝰ nō ſeruilis:   tum.
ſed liberalis deo debitꝰ .d. latria. A pietate pro cultu fit ṽbo pio ꝓ eo qđ erit colo. Vñ plautus. Ubi   Inſtitu-
piā pietatē .i. colā. Itē piaculū .i. ſacrificiū ⁊ cultꝰ. Ver. Duc nigras pecudes: ea piacula ſunto. Ver-   tio.
ba hec ⁊ lōge plura inuenies apud ſipontinū epm. Cōferre ⁊ cōducere ꝓ ꝓdeſſe accipiunt̄. Eſt etiā   Mens.
cōfero idē qđ cōparo: interdū impēdo. Cetera vocabula nota ſunt. ❡ Ordo aūt ē: ḡ fabiꝰ q̄ntilianus   Pietas.
locutꝰ .i. poſtq̄ꝫ locutus ſum plura .i. multa de officijs .i. debito munere docētiū .i. doctoꝝ ⁊ p̄ceptoꝝ.   Euſebia
Moneo interim .i. īterea diſcip̄los id vnū .i. hoc ſolū vt amēt .i. vehemēter diligāt. Nā plus ē amare   Latria.
q̄ꝫ diligere p̄ceptores ſuos nō minꝰ: imo tm̄ aut plus q̄ꝫ ipa ſtudia .i. ſua exercitia: ⁊ vt credāt .i. putēt   Pio.
⁊ exiſtimēt p̄ceptores ſup. eē parētes .i. ꝓgenitores q̄dā .i. certe nō corpoꝝ ſꝫ mentiū .i. aīoꝝ ⁊ virtutū   Piaculū
aīe. Hec pietas .i. hec pia obſuātia ⁊ hic piꝰ cultꝰ ⁊ amor cōfert .i. ꝓdeſt ſtudio ſcholaſticoꝝ multū .i. in   Cōfero.
multis. Nā ꝓ q̄: ipſi diſcipuli ita .i. ſic amādo p̄ceptores ſuos: audiēt libēter .i. beniuole doctrinā p̄ce-   Ordo.
ptoris: ⁊ credēt .i. fidē habebūt dictis eiꝰ ⁊ ꝯcupiſcēt .i. ſimul cupiēt eē ſiles ſup. p̄ceptoris in moribꝰ ⁊
ſciētijs q̄ꝫ .i. etiā ꝯueniāt .i. cōgredient̄ ⁊ leti ⁊ alacres .i. hilares. in .i. ad ipos cetꝰ .i. claſſes ⁊ cōgrega-
tiōes ſcholariū .i. ſcholaſticoꝝ ī ſcholis ſtudio vacātiū ⁊ emendati .ſ. correpti ⁊ correcti a p̄ceptore nō
iraſcent̄: ⁊ laudati ab eo gaudebūt ⁊ merebūt̄ .i. conabūt̄ digni eē vt ſint chariſſimi .i. delectiſſimi a
p̄ceptoribꝰ ī ſtudio .i. ī officio ſtudēdi: ⁊ ñ turpit̄. Nā ꝓ q̄ vt .i. queēadmodū officiū .i. debitū opꝰ ⁊ exerci-
tiū illoꝝ .i. p̄ceptoꝝ ſeu doctoꝝ ē docer̄ .i. tradere doctrinā ſic .i. hoc mō officiū ſup. hoꝝ .i. diſcipuloꝝ ē
ſup. p̄bere .i. exhibere ſe ſup. ipos dociles .i. aptos vt doceant̄. Alioq̄n .i. aliter certe neutrū .i. neq̄ hoc
neq̄ illud .i. neq̄ officiū p̄ceptoꝝ: neq̄ officiū diſcipuloꝝ ſufficit .i. ſatis ē ſine altero .i. ſine reliquo. Et
ſicut ortꝰ .i. ꝓpagatio hoīs cōfert̄ .i. ꝯficit̄ ex vtroq̄ gignentiū .i. patre ⁊ matre. vñ dici ſolet. Vir ge-
nerat: mulierq̄ parit: ſꝫ gignit vterq̄. Et ſicut ſup. ſparſeris .i. q̄libꝫ ſpargeret fruſtra .i. inuanū ſemi-
na niſi ſulcus .i. terra ſulcata ⁊ arata p̄mollitꝰ .i. ꝑus mollificata: ⁊ .i. etiā fouerit illa ſup. ſemina. Ita
eloquētia .i. ars recte loquēdi ⁊ oīs alia ēt ſciētia nequit .i. nō pōt coaleſcere .i. cōſolidari: ⁊ vt dicunt
fructificare: niſi cōcordia tradētis .i. magiſtri. ⁊ acciplētis .i. diſcipuli ſociata .i. cōiuncta .i. niſi poſtq̄ꝫ
fuerit vnita ⁊ ſimul annitens.

Finis.

❡ In Boe. aut quēuis aliū de diſciplīa ſcholariū breuis ⁊ dilucida Jodoci badij aſcēſij ꝯmētatio.

NOn ſatis ī vota tua Joānes optīe ꝯceſſiſſe viſus ſuꝫ. vbi Boetiū de ꝯſolatōe p̄hica dili-
genti recognitiōe recēſui: niſi ⁊ h̄ opuſculū qđ de diſciplina ſcholariū inſcribit̄: cōmēta-
riolo nr̄o ꝓſequar qđ lꝫ tibi negare nō poſſeꝫ: moleſtiꝰ tñ effeci ꝙ ſtilū minꝰ latinū: imo
ſubīde barbaꝝ offēdi: vſq̄ adeo vt ſuppoſitū ⁊ nō illiꝰ cui aſcribit paꝝ eē ſuſpicer. Quo
accedit ꝙ poſt opꝰ de ꝯſolatiōe h̄ ſcribere ſe teſtat̄: cū certū ſit poſt illud nihil a Boetio
ſcriptū: cū neq̄ illđ abſolutū putēt. Q̄ tñ fatet̄ ſe leuiori nūq̄ꝫ ſtilo q̄ꝫ hic puſuꝫ: vt rudi ꝯſulat captui
qđ diuū Hieronymū ī biblijs ⁊ diuū Cyprianū ī multis feciſſe ꝯſtat poſſeꝫ fortaſſis adduci: vt Boe-
tianū putē: veꝝ multū referre arbitror an q̄s diſertꝰ cōſulto elegantiā ⁊ elaboratū ſtilum fugerit vt

ſanctos feciſſe credimus: an inopia ingenij ⁊ imperitia: cũ aſſequi nequeamus noluiſſe mentiamur. qꝺ huius operis authoꝛẽ ex eo feciſſe cenſeã: ꝙ traiectione ⁊ neſcio quo nõ ſatis apto ſuco: ſtilũ obſcuraſſe viſus eſt: vſq₃ adeo vt ne grãmatice quidẽ cõſtructionis ſatis cõſtet rõ: verũ vtcũq₃ eſt elucidãdum nõ taxãdũ cõmiſiſti hoc opus vtilitatis longe pluſq₃ venuſtatis habẽs. Itaq₃ ad inſtinctũ accinctus: id lectoꝛẽ admoneo: vt ſentẽtiarũ potiꝰ pondus q̃₃ ſermonis: q̃ nullus eſt: iſtinc oꝛnatũ decerpant. Intẽtio authoꝛis eſt ſcholaſticos erudire libellꝰ eſt vnꝰ ſtilus ꝓſaicus. Qualitas doctrinalis.

¶ Carmen iuuenile Joannis Sulpitij Verulani de moꝛibus in menſa ſeruandis.

Uos decet. Authoꝛ ꝓlibat materiã de q̃ dicturꝰ ẽ ⁊ dt ꝙ in hoc opuſculo vult docere ipſos iuuenes q̃s moꝛes debeãt ſuare in mẽſa. Addit cãm finalẽ di. id ẽ o puer hoc carmẽ tibi ꝯpoſui vt ſtudeas. i. diligenter incumbas ſimul ꝟtuti ⁊ literulis. i. ſciẽtijs ꝓ captu tuo. Aiaduerte aũt lectoꝛ h̃ ꝑmũ quoad ſniam duo. quoꝝ vnũ eſt ꝙ decenter ⁊ ꝯueniẽter hoĩes ꝑcipue iuuenes nõ ſolum debent phie ſpeculatiue operã dare. ſed etiã practice ⁊ moꝛali: vt authoꝛ eſt plato. cuiꝰ ꝟba trãſtulit Aulus gel. in li. de noctibꝰ atticis ſic. Phia o ſocrates res eſt elegãs ſi modice q̃ſpiã ꝑ etatẽ attigerit. at ſi ſupra modũ tꝑs in ea cõtriuerit hoĩm eſt coꝛruptela. Nã ſi q̃s vel ameno ſit acriq₃ ingenio vltraq₃ etatẽ philoſophet: neceſſe eſt eũ rex oĩm eſſe iꝑitũ q̃rũ vſu₃ calleat op₃ q̃ q̃s honeſtus ꝓbuſq₃ eſt futurus ⁊c. Alterũ eſt ꝙ ſignãter dicit authoꝛ vt ſtudeas ꝟtuti ⁊ literulis ſimul: q2 op₃ vt is q̃ ſapientiã vult adipiſci habeat ꝟtutẽ. dictũ eſt eñ ſapientie. i. In maliuolã aĩam nõ introibit ſapia. nec habitabit ĩ coꝛpe ſubdito pctis. Attẽde q̃₃ ad vocabula puer. Decet ſepe ponit̃ imperſonale. verbũ actiue vocis: rarius perſonale. ⁊ regit vtroq₃ modo actm̃: vt talis ꝑtus decet deũ: facit ꝟbalia multa: vt decꝰ eſt qꝺ oꝛnamẽtũ. decoꝛ pulchꝛitudo foꝛme: decẽtia pulchꝛitudo moꝛũ: decoꝛum pulchꝛitudo loquendi.



Uos decet in mẽſa moꝛes ſeruare docemꝰ
Uirtuti vt ſtudeas literuliſq₃ ſimul
Que priꝰ admoneo miti puer ĩdole ſerua.
Precq₃ tuis oculis hec mea iuſſa tene.
¶ Sit ſine labe toga: et facies ſit lauta manuſq₃:
Stiria nec naſo pendeat vlla tuo.
¶ Et nihil emineant: et ſint ſine ſoꝛdibus vngues.
Sit coma: ſit turpi calceus abſq₃ luto.
¶ Linguaq₃ nõ rigeat: careant rubigine dentes.
Atq₃ palam pudeat te fricuiſſe caput.

Menſa dicit̃ a metioꝛ qꝺ habet in preterito menſuſſum ⁊ in ſupino menſum. ⁊ eſt aut tabula ad quã veſcimur: aut id qꝺ ſimul in ea ponit̃. Studere eſt alicui rei diligẽtẽ operã dare ⁊ ſtudioſe incũbere: regitq₃ dtm̃: ſ₃ trãſumptiuẽ ⁊ minꝰ ꝓpꝛie ſumptũ ꝓ eo qꝺ eſt ſtudendo diſco: actm̃ regit. Literulis eſt diminutiuũ nomẽ deductũ a lr̃is vbi ſcies ꝙ lr̃a in ſingulari nũero ⁊ lr̃e in plurali nõ idẽ ſignificãt. nã in ſingulari lr̃a eſt manꝰ aut modꝰ ſcribẽtis: aut vnũ elemẽtũ: ſeu vna ſola lr̃a: vt a vł b. In plı̃ aũt ſignificat ep̃lam: ⁊ frequẽter oẽm ſciam q̃ lr̃is ſcribit̃. Si q̃ras q̃re ergo vſus eſt diminutiuo. dico ꝙ ꝓpter duo. pꝛio q2 lr̃is nõ potuit dicere in hoc gñe carminis. ſcꝺo q2 in etate puerili nõ docent̃ magne ſcie: ſ₃ literule. i. puẽ ſcie: h̃ ẽ grãmaticales. cũ q̃bꝰ ẽt bonos moꝛes ⁊ bõa iſtituta te diſcere coboꝛtat̃. ¶ Que pꝛiꝰ ⁊c. Hic admonet authoꝛ vt ꝑcepta q̃ poſiturꝰ ẽ añq₃ loquet̃ de moꝛibꝰ ĩ mẽſa ſuãdis habeãt̃ ſemꝑ p̃ oclis. oꝛdo ẽ. o puer ſup. q̃ es miti indole. i. clemẽti igenio ⁊ bõa natura obſua. i. cuſtodi q₃ ꝓ ⁊ tene p̃ tuis oclis. i. añ tuos oculos: hoc ẽ ĩ mẽoꝛia tua: hec mea iuſſa. i. ꝑcepta q̃ admoneo priꝰ ſup. q̃₃ loq̃r de moꝛibꝰ mẽſe. Snia eſt clara ꝓ cõſtructiõe ⁊ vocabuloꝝ ſignificatiõe. Aduerte ꝑmũ ꝙ moneo ⁊ eiꝰ ꝯpoſita regũt duos actõs: tũ res de q̃ fit admonitio p̃t ẽt ĩ gtõ poni: vt admoneo te p̃teriteuite tue: q̃ſi ſit mẽoꝛẽ te facio. Puer miti ĩdole ẽ venuſta locutio ꝑ regulã talẽ. Ois dictio ſignificãs totũ vł ſubiectũ regit ptẽ vł ꝓꝑetatẽ ĩ gtõ vł ĩ abltõ mediãte adiectiuo laudis vł vituperij ẽt in gtõ vł ĩ abltõ poſito. In gtõ ſm Ser. magis grãmatice. In abltõ magis elegãter ⁊ latine. Indoles ſm ſuiũ eſt imago ꝟtutꝭ future ⁊ ſ₃ Nonũ tm̃ adoleſcẽtiã ꝯſuetudo ĩdolẽ dr. Iuſſa ſ₃ Laur. d valla ethe roclytũ ẽ gñe ⁊ dcliñ. Nã ĩ ſinglari ẽ maſcu. gñis ⁊ q̃rte dcli. ⁊ ĩ plı̃ neutri ⁊ ſcꝺe dcli. dclinat̃ eñ hic iuſſus huiꝰ iuſſus huic iuſſui. Et plr̃ hec iuſſa hoꝝ iuſſoꝝ q̃₃uis hec iuſſu₃ q̃₃ dicat̃. ¶ Sit ſine la. ⁊c. Hic autoꝛ põit ꝑmũ ꝑceptũ qꝺ ẽ d hõeſtate veſtiũ ⁊ coꝛpoꝝ ⁊ toga. i. q̃lib₃ veſtꝭ maxĩe exterioꝛ. d₃ eẽ mũda ⁊ facies ⁊ manꝰ lote tꝑe matutĩo: ⁊ añq₃ eat̃ ad mẽſa₃: ⁊ naſꝰ emũctꝰ ne putredo depẽdeat. Cõſtruc. patebit. labes dr macula ꝑ q̃₃ ĩ dãnũ aut pctm̃ aut vituꝑatõe₃ labimur. lota ẽ ꝑtici. a lauo: cuiꝰ ſupinũ re

gulare eſt lauatū.q̄d aliq̄n repit̄ ſincopatū ⁊ ē lautū:⁊ p̄ mutatione hu9 diphthōgi au ī o lōgū fit lotū frequēter aūt ita mutata legim9: vt codicē a caudice: coꝝ a cauro: colē a caule: moꝝ a mauro: plaſtrū a plauſtro: cloſtrū a clauſtro ⁊c. Stiria ē illa glacies q̄ ex guttis ꝯgelatis d̄pēdet a tignis ⁊ tect̄ domoꝝ ad cui9 ſilitudinē vocat hic autoꝛ imūdiciā q̄ pēdet de naſo pueroꝝ ſtiriā. Naſus nūc maſculinū ponēdū eſt: ſꝫ olim dicebat̄ hic naſus. aliq̄n hec naſa. aliq̄n hoc naſum. vn̄ Plaut9. ſagax naſum habes dicit. Toga a tegēdo: ⁊ ē veſtis am pla ⁊ longa qua tegimur. q̄ q2 ea t̄pe pacis vtebant̄ Romani: ſolet poni ꝓ pace: ſicut apd̄ Ciceronē. Cedāt arma toge. i. cedāt bella paci: ⁊ apud Martialē clarū militie frōto decuſq3 togeq3. Eſt āt ꝓpriū indumētū romanoꝝ. vn̄ ꝑgētē togatā gētē romanā itelligere debem9. Et q2 ſulpi. rome ſcꝛipſit: iō bn̄ dicit. Sit ſine labe toga

Exprimere ⁊ pulices: ſcabiemq3 vrgere noſcentem

Nec te ſordidulum qui videt iſta vocet.

Seu ſpuis aut mūgis: nares mūdaſve: memento

Poſt tua concuſſum vertere terga caput.

Mucorem aut tāgas digitis: ſputum ve reſorbas

Panniculo naſum mungere nempe decet.

Et ructare caue quin ora in terga reflectas:

Stringe os ⁊ crepitum coge tenere nates.

Mundicieq3 tibi placeant: medio quoq3 cultu

Utere: ne turpis vel videare leuis.

Nec maledicta refer: nec promas turpia dictu

Eſt ſtomachoſa quidem dicere turpe tibi.

Moribus vrbanis curato preditus eſſe.

Parce gule turpi: luxuriamq3 fuge.

Parce ⁊ auaritie: bilem frenare memento.

Inuidulus: tumidus: non odioſus eris.

Ordo ē. Toga. i. veſtis tua puer: ſit ſine labe. i. imūdicia ⁊ facies tua ſit lauta. i. lota vel lauata ſeu mūdata aq̄s ⁊ man9 tue ſup. ſint laute. Nec ꝓ ⁊ non: ⁊ vlla ſtiria. i. vlla immūdicies habēs modū ſtirie nō pēdeat ſup. de tuo naſo. H̄ eſt ſis inunct9 ⁊ mūdus anteq3 ad mēſam accedas. ¶ Et nihil ⁊c. Hic autoꝛ oſ̄dit q̄uo certa mēbꝛa curāda ſint: ⁊ dicit q̄ vngues nō ſint lōgi ⁊ ſordidi: ⁊ capilli ⁊ calcei nō ſint lutoſi: ligua nō ſit rigida p̄ imūdiciā ꝯcretā. dētes etiam ſint puri ⁊ ſine rubigie. Deīde monet nos circa curāda corpa eſſe cautos ⁊ circūſpectos: ibi. Atq3 palā ⁊c. ⁊ d̄t q̄ turpe eſt fricare caput corā hoīb9 honeſtis aut extrahere pulices: aut alios v̄miculos aut fricare prurigīnoſam cutē: q2 q̄ talia videret te facere diceret te eē ſordidū. Eminere extra reliq̄ appere: vn̄ q̄ ceteros hoīes altitudine excedit ⁊ q̄ muros ciuitatis excedit eminet. vngues ergo eminēt q̄n ſunt longiores q3 carnes digitoꝝ. ſūt aūt vngues hoīm leonū auiū ⁊ ſiliū. vngule aūt equoꝝ muloꝝ ⁊ ſiliū. Coma d̄r cōplexio capilloꝝ tā in muliere q3 in viro. Ceſaries aūt magis viris cōpetit: eſt etiā metaphorice coma ī frōtibus arboꝝ. Calcei ſunt quos galli ſotulares min9 latine vocāt. Regere eſt rigidū: hoc eſt durū ⁊ inflexibilē eſſe vel fieri. Rubigo eſt macula q̄ frequēter ī ferro neglecto ꝯtrahit̄ ſubrufi coloris. ¶ Seu ſpuis ⁊c. Docet quales res q̄ fragilitate humana idecēter obuenire poſſunt: tēperanda ſunt di. q̄ ſi aut ſpuendū eſt: aut mūdāde nares. i. ſternutādū memēto v̄tere caput tuū cōcuſſuꝫ ab h̄mōi paſſiōe poſt terga tua. Mucorē aūt ſeu fetorē nariū non digitis nudis ſed pāniculo de lino debes excipere: etiā ſputū aut immūdiciā naſi aut cerebri: ſi in os colligeris nō reſorbebis: ſed eiſcies caute ne quis videat. Si forte debilitas ſtomachi ructare cogat ſummopere innitendū vt os poſt tergū reflectas. Ructādus eſt ſcreatus ⁊ īpetuoſus ſon9 oris: quē more porcoꝝ q̄dā comedēdo faciūt. Claudēda ſunt p̄terea nates ſeu clunes: ne aut ſtrepitū faciāt: aut fetorē emittāt. Mucoꝛ hic accipit̄ ꝓ imūdicia naſi: ē ēt vitiū panis: q̄n ē ſitu obſit9 ex vetuſtate. ſicut vini acoꝛ. Reſorbas hic tertie ꝯiuga. ē cū frequētī9 replat̄ ſcd̄e: ſꝫ vt dicit ſerui9 frequēter v̄ba ſcd̄e ſubtracta e penultia lr̄a fiūt tertie. vt ferueo feruo tergeo tergo. caueo cauo. ſorbeo ſorbo. Panniculū. hoc etiā de lino dixit more italico. Nates ſunt poſteriores p̄tes circa anū. ¶ Mūdicieq3 ⁊c. Docet ſeruare mediocritatē in veſtib9 īter lumē ſeu elegātiā ⁊ ſorditatē: monetq3 vt veſtes ſint mūde ne videamur turpes ⁊ ſint in mediocri cultu ⁊ nō nimis culte: ne videamur leues ſup. ī moꝛib9 ⁊ aīo. ¶ Nec maledicta ⁊c. Docet ſuare modeſtiā in loquendo ⁊ vitare ꝓpacitatē lingue di. o puer nō referes maledicta. i. ꝯuitia: hoc eſt lꝫ fuerit laceſſit9: ⁊ q̄s tibi maledixerit: noli maledicta referre. i. maledicēdo r̄ñdere. ⁊ mītomin9 decet te p̄orē maledicere. Monet etiā vitare verba ſcurrilia ⁊ ad luxuriā incitātia di. nec. i. ⁊ nō: ꝓmas. i. nō ꝓferas de pectore tuo turpia dictu. i. vt dicant̄ vel dū dicūt̄: vel ad dicēdū. Monet p̄terea ſuare decoꝝ di. q̄ nō vtemur v̄bis q̄ nō ꝯpetūt etati noſtre. Nō aūt decet puerū habere v̄ba ſtomachoſa. i. alto ſtomacho cū grauitate ⁊ iracūdia ꝓlata. ¶ Moꝛib9 ⁊c. Docet vitare ruſticitatē: ⁊ vitia capitalia ſeu moꝛtalia: gulā luxuriā auaritiā irā inuidiā ſupbiā odiū ⁊ odioſitatē ⁊ deſidiā. ⁊ tā turpes ludos q3 turpes viros: q2 ſcriptū eſt. Cū ſctō ſctūs eris ⁊c. Urbanus. na. nū. eſt ad vrbē p̄tinens vbi ſolent eſſe venuſti mores. Predit9 d̄r a p̄re ⁊ datus: quaſi p̄ter ceteros donata natura vel deo aliqua v̄tute vel arte. Parce gule. i. abſtine a gula ſicut Uerg. dixit Parce metu. bilis eſt ſanguis melācholicus cū ad irā ꝓuocamur. ⁊ ponit̄ hic ꝓ ira. d̄r notanter frenare. q2 nō poſſum9 penit9 extirpare irā. Un̄ Hora. in. j. ſer. Deniq3 q̄tin9 exci-

dit peditꝰ vitiũ ire. Cetera itē nequeũt ſtultꝭ herētia ⁊c. Differt aũt ab iracũdia: q̄ vt idē dicit in epl. Ira furoꝛ breuis ē ⁊c. iracũdia aũt ꝓlixioꝛ. Nā iracũdꝰ naturalr̄ ad irā incitat̄. Solet p̄terea in pueris nō eſſe inuidia magna: idō pulchre vtit̄ diminutiuo di. Nō erit inuidulus. Tumidꝰ d̄ꝛ inflatꝰ elatꝰ ſupbus. Odioſus potiꝰ paſſiue ſignificat: ⁊ eſt q̄ moleſtꝰ ē. ⁊ vtrũq̧ fugiēdũ eſt puero tā moleſtũ eſſe q̄ odiſſe. Nō aũt dicēduȝ ē odio odis in p̄nti: lȝ Cic. ſemel odias dixiſſe legat̄. Deſidia d̄ꝛ a de ⁊ ſedeo ⁊ eſt ī accidioſo ⁊ pigro.

Deſidiam fugies: atq̧ omnia turpia pelle.
Et ludi turpes ſint procul atq̧ viri.
¶ Fidus ſis audenſq̧ bonis: temerarius eſſe
Deſpice: non audax ſis timiduſq̧ nimis.
¶ Nec penitus mutum nec te decet eſſe loquacem.
Conuenit ille toro: conuenit iſte foro.
¶ Et manſuetus eris: rectum te lectus habebit.
Detege nec ſocium: nec tua membra moue.
¶ Nec ſis difficilis nimium nec credulus eſto.
Dedecus ⁊ metues ⁊ reuerere bonos
¶ Futilis ⁊ mendax nunq̄ nimiũq̧ ſeuerus
Eſto: ſed et comem munificũq̧ velim.
¶ Sis pius: atq̧ colas ſuperos: venerare parētes:
Et noceas nulli: ſurripiaſq̧ nihil.
¶ Nec ſis vinoſus: q̄uis potaſſe Catonem
Fama refert: fugias ſumere vina mera.
¶ Non ſis deriſoꝛ non ſomniculoſus: iniquus
Non iudex nec tu teſtis iniquus eris.

¶ Fidus ⁊c. Monet vt iuuenis ſeruet fidelitatē ⁊ fortitudinē di. o puer ſis fidus: q̧ ꝓ ⁊ audens. i. ꝓ tpe ⁊ opoꝛtunitate aīoſus hoīs. i. ad bona faciēda: ⁊ deſpice. i. ɔtēne. fuge eſſe temerariꝰ. i. temere ⁊ ſine circũſpectiōe quicũq̧ aggrediens: hoc eſt ne ſis nimis audax ⁊ timidus. Audax eſt aſſidue audēs: ⁊ eſt vitioſus ꝑ ſupabundātia. timidꝰ eſt ex natura ⁊ ita cōtinue timens ⁊ hȝ vitiũ puſillanimitatis ꝑ defectũ foꝛtis aũt ſeruat mediocritatē. ⁊ eſt q̄ audet cũ debitis circũſtātijs: vbi qñ queadmodũ quātũ in q̄bus: ⁊ ꝓ q̄bꝰ audēdũ eſt. Eſtq̧ foꝛtis audēs ⁊ timens aliqñ: ſȝ neq̧ audax neq̧ timidus vnq̄. Deſpicere ē ꝑ cōtēptũ nolle aliquē aſpicere. ⁊ cōponit a deoꝛſuȝ ⁊ ſpatio. ¶ Nec penitꝰ ⁊c. Hoꝛtat̄ vt puer ſeruet modũ in loquēdo ne ſit mutꝰ aut elinguis vel garrulus ⁊ loquax. i. aſſidue loquēs: q̄ꝛ ille. i. mutus cōuenit toꝛo. i. lecto vbi tacendũ oīno eſt. ⁊ iſte. i. loquax ⁊ litigioſus ɔuenit foꝛo iudiciali vbi lites agātur. ¶ Et māſ. ⁊c. Docet ſeruare modum in lecto vbi puer erit māſuetus ⁊ nō petulās ſe aut ſociũ detegēs: aut ſe moderate mouēs. ¶ Nec ſis. monet ſeruare moduȝ ī credulitate ⁊ adhibēda fide di. q̧ nō erit nimis difficilis ⁊ tardus ad credēdũ nec nimis facilis ſeu credulꝰ. Monet etiā generalr̄ vt vitemus oē dedecus: ⁊ reueremur oēs bonos. ¶ Futilis ⁊c. Docet ſeruare modũ in ſeueritate ⁊ rigoꝛe v̄boꝝ di. q̧ puer nō erit futilis. i. vaniloquꝰ v̄ba ſua inutiliter effundēs aut mēdax: ne nimiũ ſeuerus. i. rigoꝛoſus in ſequendo v̄itatē: hoc eſt q̄ ab opinione ſua nullomō poſſit flecti. vt Aug. docet in lib. cōtra mēdaciũ: etiā obſequioſa mēdacia vitāda ſunt. Eſt aũt ſeuerius nimis frigide ſeruās v̄itatē: ⁊ ita durus: nulli cōcedēs. qđ improbat di. ſȝ ⁊ comē munificũq̧ velim ſup te eē. Comis d̄ꝛ cōcinꝰ: affabilis: cōmodus ⁊ vt inquit Valla. Comis eſt benignꝰ hō ⁊ facilis q̄ alijs nō grauate inſeruit. Futilis q̄ verba ſua ꝓfundit a vaſe futuli quo in ſacrificijs vtebant̄: q̄ꝛ latũ os ⁊ fundũ ſeu pedem tā ſtrictũ habebat: vt ſtare nō poſſet quin liquoꝛē effundat: qđ cautũ fuit ne aqua ſacrificātibus habēda in terrā poneret̄: qđ piaculũ putabat gētilitas. ¶ Si ⁊c. Cohoꝛtat̄ puerũ ad pietatē erga ſuperos ⁊ parentes ⁊ dehoꝛtat̄ ab iniuria ⁊ furto. pōt aũt ſic intelligi tex. ſis piꝰ ſup. erga deũ: colas ſuperos. i. ſctōs ⁊ ſctās: venerare parētes: diligimꝰ tepide: amamꝰ feruēter: colimus cũ veneratione ⁊c. ¶ Nec ſis. Monet ne iuuenis ſit bibax ⁊ appetens vinũ nec bibat meratiꝰ. i. vinũ purũ ſed dilutiꝰ. i. vinũ immixtũ aqua qđ q̄dā minꝰ latine limphatũ vocāt. Pꝛo vocabulis cognoſcēdis audiamꝰ Lau. de val. Vinoſus inq̄t mulieroſus ⁊ libidinoſus ⁊ ſilia dñr q̧ q̄s affectꝰ ſit ab hoc: ⁊ amat vinũ mulieres ⁊ libidinē. Nigidiꝰ aũt vt auc. eſt Aulꝰ gel. hoc inq̄t inclinamētũ v̄boꝝ ⁊ hmōi. Vinoſus mulieroſus religioſus ⁊c. Significat copiā quādā imodicā rei ſup q̄ d̄ꝛ. Quocirca religioſus is appellat̄ q̄ nimia ac ſupſtitioſa religiōe ſeſe alligauerat: eaq̧ res vitio dabat̄. Poſt multa tādē v̄ba Aulus gel. legē dare videt̄: vt earũ rerũ quarũ vſus certꝰ ⁊ p̄finitꝰ ac limitatꝰ eſſe debet: vt vini mulieris ⁊c. Et copiā vitio dat̄: earũdē noīa in oſus vituperiũ habeāt. Earũ v̄o reruȝ noīa q̄ quāto copioſus: tāto decentiꝰ cōuenit laudē impoꝛtēt vt foꝛmoſus: ſpecioſus: generoſus: animoſus: gratioſus: ſtudioſus: Eſt ergo vinoſus nimiꝰ amatoꝛ vini. Potare aũt quādā immodicitatē ſignificat. vñ ⁊ potatiōes vilipēdunt̄. Nō ergo dicit q̧ fama eſt catonē bibiſſe: q̄ꝛ hoc fere neceſſariũ ē: ſȝ potaſſe vſq̧ ad ſupfluitatē. vñ potꝰ d̄ꝛ ebꝛius. Si q̄ras vbi lectũ ſit catonē potaſſe. dices eũ in multis locis: tñ apud. C. ceſarem vt autoꝛ eſt Pli. ſcđs. iij. li. epl̄arũ ad ſeruũ ſuuȝ ſic inq̄t. Erũt officia antelucana. in qua incidere impugne necat ne catoni q̄dem licuit. Quem tñ. C. ceſar ita rep̄hendit vt laudet. Deſcribit eñ eos q̄bus obuius fuerit cuȝ caput ebꝛij retexiſſent erubuiſſe. Deinde adijcit. Putares nō ab illis catonem ſed illos a catone dep̄hēſos. Potuit ne plus autoꝛitatis tribui catoni q̄ ſit ebꝛius quoq̧ tam ve-

nerabiliserat hoc ille. Fama ergo refert potaſſe catonem. vñ Señ. Vir alioquin grauiſſimus citius ſe ebrietatē laudare q̄3 catonē ppter eā de honeſtate dicebat. Nō ſis deriſor ⁊c. Precipit ne puer ſit deriſor aut ſomniculoſus. i. deditus nimio ſomno: ne vocat⁹ poſtea ad iudiciū ſit iniquus iudex: aut teſtis mēdax. ¶ Omnib⁹ in rebus ſtudeas ⁊c. Varia precipit ⁊ primū dat generale preceptū de modeſtia ſeruāda in oibus reb⁹. de qua ſolet dici. Oib⁹ adde modū: modus eſt pulcherrima virtus. Et

¶ Omnibus in rebus ſtudeas precor eſſe modeſtus

Sis auidus laudis ſit tibi cura boni.

Si bene moratum laudabimus atq; colemus

Sic ⁊ honorus eris: ſic eris ipſe grauis.

¶ Secūdus libellus huius opuſculi.

Nunc faciles aures aīm q̄3 trade ſerenū

Morigerare mihi mollia iuſſa dabo

¶ Non ſu3 qui laudem ſummo te accūbere mane.

Judice conueniens me dabit hora cibum.

Nec vos ante focum cenas pducite longas:

Hoc faciat caupo: qui ſapit iſta fugit.

¶ Sterne toros nitide lautoſq; appone quadrātes

Atq; ſalem ⁊ cererem: flumina: vina: dapes.

¶ Te vitare velim cupidus ne vt lurco ſonoras

Contractes fauces: mandere rite decet.

Et licet antiqui cubuiſſent tempore prono,

Te colla hec etas recta tenere iubet.

Et finito menſis cubitis herere potentes

Tu tantum faciles ponere: repone manus.

¶ Tu quoq; puer iubeo ſedeas vel raro ſed aſtans:

Pocula mitte celer: pone ve tolle dapes.

Juraq; conuiuas ſuper importare miniſter

Effuge: nam turpis ſepe fit inde toga.

¶ Quodq; iubebit herus facilis ſemperq; ſubito:

Queq; tibi dederit tu tibi ſume locum.

Quodq; vir egregius pauido tibi porriget: illud

Sume libens grates aptaq; verba refer.

¶ Eſto tribus digitis magnos nec ſumito morſus.

Nec duplices offas mandere vtrinq; iuuet.

Hora. in. i. ſermonum. Eſt modus in reb⁹ ſunt certi deniq; fines: quos vltra citraq; nequit cōſiſtere rectum. Deinde cohortat̄ ad auiditatem laudis ⁊ ad eā quā ſanctā emulationem vocant ad curam ois boni ⁊ honeſti. hoc enim pacto inquit efficieris vir honorus ⁊ grauis. Moratus dicit̄ qui habet bonos mores. moroſus qui nimis eſt difficilis in moribus.

Nunc faciles ⁊c. Precepturus alia iterū facit auditores attētos ⁊ beniuolos precaturq; vt accōmodēt ſibi faciles. i. prōptas ⁊ dociles aures ⁊ animū ſerenū hoc ē ceteris curis vacuū additq; puer morigerare. i. moru3 gere mihi: ⁊ dabo tibi p̄cepta mollia. i. facilia ⁊ nō dura. ¶ Nō ſu3 ⁊c. monet ne a prima luce incipias igurgitare vſq; ad ſupremā. Sūmo mane. Plat⁹ ſm Ser. decli. ⁊ dixit ad manipulū. Focus eſt loc⁹ vbi ignis fouetur. caupo q̄ vinū vēdit ⁊ caupona dom⁹ ei⁹: quā galli tabernam vocāt. ¶ Sterne ⁊c. Deſcribit officiū ei⁹ q̄ ſeruit mēſe ſeu accumbētiū di. q; primum ſternet toros. i. lectos: q2 in triclinijs olim diſcūbebāt. etia3 licet ad toros nō ſedeam⁹ tñ ſternendi et aptādi ſunt: deide cautos ⁊ mūdos quadrātes q̄ pleriq; in locis ex quadrato pane fiunt. aut ex metallo. ſi vero rotundi ſint orbes vocant̄ vulgus ſciſſoria vocat. Tamen inter fercula primu3 apponet ſalem quē nouiſſimū tollet. Sciat aūt recēs gramaticus ſalē pro cōdimento etiā maſculinū eſſe: ſ3 aduertat peritior in ntō duntaxat neutrū reperiri. Vñ affra. Quicq̄d loquunt̄ ſal merū eſt. q̄d aſperiſſe Terētiu3 putāt vbi dixit. Qui h3 ſalē q̄d in te eſt. q. d. q̄d ſal alij interpretent̄. i. quam rem vel q̄d vide3 habere ſalē in te ⁊c. Tum apponet cererē. i. panem. Tū flumina. i. aqua3 munda3 ⁊ vina: ⁊ nouiſſimo dapes. ¶ Te vitare ⁊c. Monet vt honeſtus ſine ſonoritate oris comedas: ⁊ rect⁹ mēſe nō incumbēs ſedeas. Lurco dr̄ qui cū auiditate lurcat. i. cibū ingurgitat. Lurca aūt ē os guлei vel vtris. vñ lurcones capacis gule homines. ¶ Tu q̄3 puer ⁊c. Ne aūt ſibi ſemper ſedendū putet: monet vt raro ſedeat: vel dic pri⁹ locut⁹ fuiſſe de diuite ⁊ herili filio. nūc de famulo du3 di. Tu q̄3 puer ⁊c. Docet p̄terea celeriter dapes ⁊ pocula ponere atq; reponere: ſ3 caute. ſic vt iura. i. liq̄res vl' aq̄ i q̄b⁹ decocte ſūt nō fundant̄ i diſcūbētes vl' eo4 veſtes. ¶ Quodq; ⁊c. Pulchre p̄cipit vt ſcholaſtici morigeri ſint: vtq; nō difficiles ſ3 dū iubent̄ aſſidere parcāt ſumētes locū a dño ſeu patrefamil. aſſignatū ſumātq; cū gratia4 actiōe bolū a maiorib⁹ porrectū. ¶ Eſto trib⁹ ⁊c. Docet quō ⁊ quantū capiāt cibū di. Eſto. i. comede tribus digitis. ſ. pollice ⁊ duob⁹ primis: nec ſumito magnos morſus: nec iuuet te mādere. i. maſticare vtrūq;. i. ab vtraq; pte

oris duplices offas.i.fruſta ⁊ pulmēta. ¶ Dapſilis ⁊c. Inuitat ditiores ad beneficentiā ⁊ largitatē di. Tu dapſilis ⁊ largus impartire.i.ꝑtim largire tuo ſodali.i.q̄ tecū ſedet ⁊ lectis rebꝰ vacat ⁊ pauꝑibꝰ dapes.i.cibū. Impartire hic ē impatiui modi ꝟbi deponētalis. Legit̄ ēt imptio actiuū. ¶ Nec vos ⁊c. Mādat iterū vitare gulositatē ꝓpter dānū ⁊ turpitudinē q̄ ex ea ſequunt̄. Comedones qui nimis comedūt dn̄r: ſicut ⁊ māducones bibones q̄ nimis bibūt ⁊c. ¶ Eſſe decet. Ordo eſt. Decet eē i.māducare. Eſt eñ ab edo nō aꝰſū: infinitiuꝰ ſup. vt viuas: ⁊ n̄ decet viuere vt edas. Reliqua nota ſūt. ¶ Gauſape nō ⁊c. Iterū cohortat̄ ad mundiciē ſeruandā inter comedendū di. Nō macules gauſape.i. illud qđ ſup mēſam ſternitur: nec macules cibo aut potu pectora tua ⁊ mentum non ſtillet tibi ex cibo aut potu dependente et caue ne manꝰ ſit tibi vncta.i.pinguis: ſiccabis aūt ⁊ terges ſepe ora.i.labia ⁊ digitos mappa.i.mātili adapta.i.ad hoc tibi dato. Et tua palma.i.manus: ſꝫ maxime palma non faciet moraꝫ in quadra. id eſt in vaſculo eſcario: ſiue quadrās fuerit more italico: ſiue aliud. ¶ Qđ tibi ⁊c. Pulchre docet qui cibus cuilibet ſumēdus eſt ⁊ qñ: dicens ꝙ is qui ante quemlibet poſitus eſt: hoc eſt in proxima parte eſcarij et nō eſt ſumendus donec ſodalis manū reduxerit. nec priuſqꝫ tecum obſoniū reciſuꝫ fuerit. Ordo eſt. Tu ſume qđ fuerit ſiue caſu ſiue maiore ſic volente tibi vicinum. tñ cede tuo ſodali.i.noli ſimul cum eo cibum capere. dum.i.donec ille referat.i.reducat manū: ⁊ caueas ſumpſiſſe fruſta.i. particulas. reciſa.i. iterū inciſa. Nam primum in maiores: deinde in minores particulas ſcindunt̄. Caueas inquā ſumpſiſſe dum.i.ꝗꝫdudū miniſter vel ſodalis tuꝰ ſecat.i. diuidit in fruſta. vel ſic caueas ſumpſiſſe reciſa.i. ea q̄ ceſa ſunt dum ſodalis ſecat obſoniū tuum in fruſta. Lurco.i. ligurio vel liguritor: ⁊ vorax homo legit.i. excerpit abſqꝫ rubore.i. pudore ⁊ verecundia dulces bolos quos q̄dā morcellos dicunt. ¶ Nō manibus ⁊c. Monet ne immodeſtus ⁊ inhoneſtus ſis in mittēdo manū in gremiū tuum vel ad pudenda. ⁊ poſtea ad cibū vellicando eū eiſdē vnguibꝰ quibꝰ et illa. Itē ꝑcipit ne pedes agites maxime in crura tecū accūbentis. qđ inhoneſtum eſſet. ¶ Incidaſqꝫ ⁊c. Iterum docet quo pacto comedes di. ꝙ incidas priusofellā.i.fruſtū carnis. Errāt eñ qui offam putāt eſſe panē temperatū vt dicūt iure. cum ſit caro ipſa forte iure conſperſa. Habet aūt ofella primā breuem ⁊ ſcribit̄ vno f. ⁊ offam primā longaꝫ ſcribit̄qꝫ gemino. Incidas ergo prius ofellā.i.paruū fruſtū carnis quā dens tua cōtundat ⁊ caue ne morſa tibi.i.a te hoc eſt ne ea q̄ tu momordiſti ſemel ſeu panis ſit ſeu obſoniū: tingant̄ rurſus.i.iterū in eſcariū vbi ius eſt. Itē nec.i.nō ⁊ tu nō lingas digitos: nec rodas oſſa turpiter: videlꝫ dentibꝰ aut vnguibꝰ. Tu aūt potes rodere ea cultello.i.carnes abſtrahere dulciter. vñ addit rite.i.decēter. ¶ Siue ſup ⁊c. Docet quō ſupflua cōgeras. Naꝫ ſi ita ceteros factitare videris cōgeres corticē panis pomoꝝ ⁊ caſei ſup mēſam oſſa aūt vel in paterā.i.vas potēs ⁊ amplū ad hoc appoſitū: vel iace ea ſub pedibus: ſic tñ vt neminē cōtingas nec offendas. ¶ Nec tanqꝫ ⁊c. Monet ne fruſta obſonioꝝ turpiter attractemus priuſqꝫ ſumamus: ⁊ adhuc inhoneſtius eſſet attractata deſerere. Ordo eſt. Nec tēta.i.frequēter tene: nec dilige.i.ex multis tibi ad eligendū ſegrega fruſta obſonioꝝ tanqꝫ ficos.i.ſicut tētāt q̄ ficos emūt ⁊ lumē ⁊ viſus vel oculus eat.i.dirigat̄ tibi hunc.i.in hāc partē q̄cūqꝫ.i.in quācūqꝫ manus tua gerit hoc aūt dicet ne q̄s deijcias: aut fundas: aut frangas: au turpiter ꝯctes nō vidēdo:

¶ Dapſilis ⁊ largus ſemper blandeqꝫ ſodali.
Impartire tuo: pauperibuſqꝫ dapes.
Nec nos obſcenos laudabimus aut comedones:
Eſſe decet viuas: viuere non vt edas.
Namqꝫ cibus nimius capiti ſtomachoqꝫ nocebit.
Corporis ⁊ vires ingenijqꝫ rapit.
¶ Gauſape non mades aut pectora: nec tibi mentū.
Stillet: ſitqꝫ tibi ne manus vncta caue:
Sepe ora ⁊ digitos mappa ſiccabis adapta.
In quadra faciet non tua palma moram.
¶ Quod tibi vicinum fuerit tu ſume: ſodali
Cede tuo: referat dum tamen ille manum.
Dumqꝫ in fruſta ſecat caucas ſumpſiſſe reciſa
Lurco legit dulces abſqꝫ rubore bolos.
¶ Nō manibꝰ gremio immiſſis tibi vel licet vnguis
Quod ſumes: reſidens non agitato pedes.
¶ Incidaſqꝫ prius ꝙ dens contundat ofellam.
Tingantur rurſus ne tibi morſa caue
Nec lingas digitos: nec rodas turpiter oſſa:
Aſt ea cultello radere rite potes.
¶ Siue ſuper menſam cortex cumuletur ⁊ ipſa.
Oſſa vel in pateram, prepedibuſue iace.
¶ Nec tanꝙ ficos tenta: nec dilige fruſta.
Et quocunqꝫ manus huc tibi lumen eat.

quo manū impellas. ¶ Nec ſociū ⁊c. Monet iterū vt oculos cuſtodiam⁹ nec inepte ⁊ truculēter ſodales inſpiciam⁹ aut obſerue m⁹ q̄d comedāt. E cōtrario aūt geſt⁹ ⁊ mores noſtros ſepe cōſpiciem⁹: vt ſi q̄d affuerit: corrigam⁹. ¶ Pocula quū ſu. ⁊c. Docet quō pocula ſumes di. ꝙ p̄us terges os tuū mappa nō manib⁹: ⁊ ſumes vaſcula vna manu: immo trib⁹ dūtaxat digitis. ſ; pateras .i. vaſa tam magna vt nō poſſint commode ſine p̄iculo effundi vna manu leuari: ſumes decenter vtraq; manu.

¶ Nec ſocium torue inſpicias quidue ederit ille
Aduertas: geſtus inſpice ſepe tuos.
¶ Pocula quum ſumes terga tibi mappa labella
Si tergas manibus nō mihi charus eris.
Vna manu ſumat paterā ni hāc iactet in hoſtem
Theſeus: aut Beli ſint monumenta patris
Aſt ſi hanc binis manibus captabis: id apte
Efficies: digitis pocula ſume tribus
¶ Et teneas oculos nec ſupra pocula fare.
Plena aliquo vita ſit tibi buca cibo.
Deme merum cratho: multum ne forte ſuperſit.
Quod nolit ſocius ſumere rite tuus.
Qui ſapit extinguet multo cū fonte falernum
Et parco limpham diluet ille mero.
¶ Non facies binos hauſtus: nec feſſus anheles.
Sibila nec labijs ſtridula prome tuis.
Nec cito ſorbebis velut oui lutea grati.
Nec nimium tarda ſume falerna mora.
Vnum ſiue duo ad ſummum tria pocula ſumes.
Si hunc numerum excedes iam mihi potus eris
Fac videas quocūq; bibes modicūq; pitiſſa.
Crater ſiue calix det tibi vina breuis.
¶ Os, q; tergebis ſemp poſt pocula: palmas
Ablue: quum menſam deſeris atq; labia.
Innectens q; genu iungens quoq; brachia: proſit.
Dicito: ſed tolles ordine queq; ſuo.

Ordo duoꝝ verſuū medioꝝ eſt vna manus ſumat paterā quā galli terſiā vocāt: ni .i. niſi theſe⁹ vir ille fortiſſim⁹ iactet hāc .i. hmōi pōderis in hoſtē .i. i lapithas: aut niſi ſint monumēta beli patris eliſſe de q̄ ⁊ ei⁹ patera ſic Ver. in .i. Eneid. Hic regina graue gēmis auroq; popoſcit Impleuitq; mero paterā quā bel⁹ ⁊ oēs a belo ſoliti ⁊c. plura i ſiluis nr̄is de theſeo ⁊ belo dixim⁹. ¶ Et teneas oculos ⁊c. Iterū docet quō ⁊ q̄d bibes: tenebis inquit oculos ne vagēt dum bibis: cauebis ne multū loquaris tenēs poculū i manu: curabis habere os euacuatū cibo: p̄uſq; bibes: i crato ſocij nō ſines vinū euaporare. ſ; ſi non biberis aliud infunde: aut ſi eodē vaſe bibis nō pl⁹ infundes q; tu ebiberis. Si vinum acrū ⁊ fumoſū ē diluet aqua: merū di. purū ⁊ immixtū ⁊ ſubaudit vinū. Falernū eſt vinū ardēs ⁊ nobile qd in falerno mōte cāpanie italice naſcit. In vltio verſiculo aut hipallage ē: vt ſit diluet limpham parco mero p̄ eo qd eſt diluet parcum meruz limpha. Aut re vera vult tm̄ aque eē debere. vt nō aquā in vinū: ſ; vinum etiā modicū in multā aquam fundere videaris. Diluo compoſitum eſt a di ⁊ luo vel a di ⁊ lauo. quod in cōpoſitiōe fit luo vt proluo diluo abluo: ⁊ ſunt tertie cōiuga. ſicut aliquādo lauo lauis lauit per tertiā cōiuga. declinat. ¶ Non facies ⁊c. Docet quomō bibendū ſit dicēs p̄mo ꝙ vno tractu bibes nec tā lōgo vt poſtea anheles ac ſibiles. Scdō vt tēperate. ne taz cito ac ſi luteū .i. rubrū oui ſumas nec nimis lenta mora. Tertio vt nō ſepe vt dicit ꝙ ad ſummū ter ꝙ ſi frequēti⁹ biberis reputaberis pot⁹ .i. ebri⁹. Quarto vt caute bibas ne cogaris poculū aſſumptū deponere aut dānum incurras: ad qd remedium eſt inſpicere q̄d bibas ⁊ pitiſſare .i. tenuiter p̄bare: ⁊ id ne pot⁹ quez reſpuis mult⁹ ſit monet breui vaſculo vti. ¶ Os quoq; ter. ⁊c. Poſtq; oñdit quō ad mēſaz accedenduz: ⁊ quomodo in ea manducādum ⁊ bibendum ſit: oſtendit quomodo ab eo diſcedēdū ſit dicens ꝙ poſt potum tergebis os: ⁊ ablues palmas poſt quem diſerueris menſam. ſiliter ⁊ labia. Diſcedens aūt inflectes genu ⁊ iungens man⁹ dicēs proſit qd honeſte di. Nam proficiat ineptum. ⁊ p̄ficite importunū: ⁊ impertoſius videtur. hoc dicto tolles oīa quibus vſus es debito ordine et illis ſuo loco repoſitis ablutus abeas quo te vocant officia. Hec ad ſulpitiana ſatis ſit annotaſſe plura in ſiluis noſtris qui volet videbit. hunc q; apicem noſtrum adiunctum ſinet.

¶ Carmen iuuenile Sulpitij verulani de moribus in menſa ſeruandis explicit feliciter.

## Apex Aſcenſianus.

Hec ſatis eſt mundū comēq; accedere menſam.
Nil probꝰ ī cūctis ꝯſpiciare locis.
Proinde puer qualem ſatages deducere vitam.
Te perꝙ poſſis admonuiſſe velim.
Mane experrectꝰ quas condidit optimꝰ autor
Chriſtus: eas referes ſupplice mente preces.
Deinde ſalutatum ꝓperabis vtrūq; parentem.
Et quicūq; tue cura ſalutis erit.
Tum quemcūq; vides venerandum religione.
Sanguine: canicie: moribus: officio.
Huic ſi forte ſedes ſatagas aſſurgere: ſi ſtas
Aut tranſis: retegens tempora . flecte genu:
Tum preceptoris tibi patris amore colendi
Auribus atq; oculis menteq; verba cape.
Que ſi forte tibi minus intellecta reliquit:
A condiſcipulis ſunt repetenda tuis.
Intellecta autem: ne mox neglecta queraris:
Inſcribes nitido ſepe legenda libro.
Tandē vbi doctꝰ eris reliquū eſt bn̄ viuere cures
Ignariſq; tibi cognita precipias.

Finis.

Antonius Petrus Duuelandus ſtudioſis ſalutem.

Accipite Boetium de conſolatu philoſophico duplici cōmentario explanatum: vt ſi quando fortuna in vos ſeuiat (ſeuiet forte non ſperata: vt de me nūc experior) autoris noſtri exemplo philoſophicis ſtudijs recreemini. Accipite ⁊ diſciplinam ſcholarium eidē autori aſcriptam: ꝙꝙ vel ſtilus huius ſe ex felici illa boetiana officina haud prodijſſe ſatis teſtetur. Accipite ⁊ Quintiliani preceptum de officio diſcipulorum obuijs vulnis (vt aiunt) amplectendum. Demum iuuenile carmen Sulpitij de moribus in menſa ſeruandis. Erratulis noſtris facile parcet ſpero quicumq; hunc noſtrum Boetium cum illis qui hactenus impreſſi ſunt conferet: ſi tamen aliqua non expiabilia inuenerit id exemplari quo vſu ſumus oro aſcribat.

Valete.

Ex calcographia Joannis Marion ſolertiſſimi impreſſoris 1521.

¶ Humberti mõtiſmoretani de inge-
nuis adoleſcentum moribus ad dñm
Gilbertum crab perq̃ doctiſſimũ do-
ctorumq; amantiſſimum libellum.

Qui cupis: et mores: et linguam
noſſe: latinam.
Collige candidulas noſtra per
arua roſas.
Collige candidulos flores: fructuſq; ſalubres:
Exemploq; tibi ſint bone lector apes.
Cũq; datur: ſtudio ⁊ nodũ mẽs dura repugnat:
Moribus ⁊ ſanctis literuliſq; vaca.
Tempus erit quo tu velles ſtuduiſſe: gẽmaſq;
Effluxiſſe tuos: ⁊ ſine fruge: dies
Sed tunc que nunc eſt nec erit cõceſſa facultas
Nec: ſi ſit: poteris: tu mihi crede: pati.
Confectus ſenio nunq̃ bene taurus aratrum
Qui non ⁊ primo tempore geſſit habet.
Arbor ⁊ excreuit curuum que fortis in arcum
Ardua non vnq̃ rectior aſtra petit.
Limpidus ⁊ ſolito fluxit cum riuulus alueo:
Vix alia quiſq̃ fecerit ire via.
Sic animus longo eſt hominis cũ durus ab euo
Ipſe ſua conſtans in ſtatione manet
In ſtatione manet: ⁊ qui queat artibus vllis
Viuendi leges frangere: nullus erit.
Nunc igitur dum tẽpus habes te voluere libros
Te iubeo mores lector amene ſequi.
Cumprimũ aureolus terris ſua lumina reddet
Lucifer: e tepido corripe membra thoro.
Corripe membra thoro: menti ne torpor opacas
Inducat nebulas: in vitiumq; trahat.
Corpor enĩ eſt Lethes miſſuʒ de gurgite mõſtrũ
Quod cecas veneris nos trahit in furias.
Quoq; panomphẽum ſolitas vetat ante tonãtẽ
Implicitos furijs fundere mane preces.
Hinc fugias turpe eſt iuuenis nã lãguidus eque
Quam pauper tumidus: q̃q; ſenilis amor.

Adde quod in molli veneranda ſcientia lecto
Non ſedet: at multo parta labore venit.
Vnde poetifico Parnaſi in culmine montis
Eſſe canunt ſacras Bellorophontis aquas.
Nam multus labor eſt altum cõſcẽdere montem
Hec vatum in ſuaui cortice mella latent.
Mella latent certe que non guſtabit aſellus
Mella teraphneis vberiora fauis.
Iccirco vt ſtudeas: ſtudioq; inimica repellas
Pigritie ſcelerũ monſtra profana caput.
Cumprimum aureolus terris ſua lumina reddet
Lucifer: e tepida corripe membra thoro.
Et tua ne robur ferus in precordia demon
Accipiat: muni te cruce: tutus eris.
Regẽ hominum: regẽq; deum: qui lucis: ⁊ atre
Qui tibi dat noctis tempore tuta: cole.
Mox oculi: nimio mox ⁊ languentia ſomno
Cum manibus liquidis ora lauentur aquis.
Pecte flagellantes: cãdentia colla capillos:
Veſtis heſterno ſit tua munda luto.
At puer inde humilis patrem matremq; ſaluta
Et quicũq; tuo dignus honore venit.
Precipue famulos Chriſti venereris oportet:
Si blande cupias indolis eſſe puer.
Mox ſacras quibus alti tonãs venerat̃ in edes
Maturum attricto pectore flecte gradum.
Ingreſſus templum ſacra te prolue limpha.
Illa quidem vitium non capitale fugat.
Hic nec vana loqui: nec vano incedere paſſu
Vt faciunt quos fert gloria vana velis:
Sed genibus flexis ſanctã alti tonãtis ad aram
Funde rogabundas ſupplice mente preces.
O pater eterno qui cuncta tenore gubernas:
Vnus in aſtriferi trinus ⁊ arce poli.
Numina ſint totum tua ſanctificata per orbem:
Adueniant famulis celica regna tuis.
Et tua per terram fiat: celumq; voluntas
Quotidie famulis des alimenta tuis.

Et debentibus vt laxamus debita noſtris
Laxes ſic nobis debita noſtra pater.
Et face ne noceat nobis temptatio: ſed nos
A cunctis tādem ſolue benigne malis.
Hinc abiens ſacris Chriſti genitricis ad aras
Pectore dic humili regia mater aue.
Mater aue in partu: ⁊ poſt parū ꝟgo: nec ante
Ullius humano ſemine tacta viri.
Mater que dominum ſyncero in ventre tuliſti:
Fouiſtiꝗ tuo non violata ſinu.
Sit dominus tecum: tellus cui ſeruit: ⁊ ether:
Inter virgineos o benedicta choros.
Fructus ⁊ ille tuo quem caſto in ventre tuliſti:
Sit celo: terris: ſit benedictus aquis.
Quem tu pro nobis qui fons pietatis: ⁊ idem
Juſticie lumen: virgo pudica roga
Poſt ſacra vt miſſam cantarit in ede ſacerdos
Ad ſtudium leta mente recurre tuum.
Des operam ſtudio: lege plurima: lecta memēto
Rectorem debes quem timuiſſe: time:
Nec prohibent noſtri ientacula ſumere verſus
Illa tamen ſumas ſi moderata puer.
Sume igitur moderata puer ientacula: pauca
Diluta ⁊ fontis vina liquore: bibas.
Raro intrat ſaturum venerāda ſciētie ventrem
Nec ſtudij capiunt ebria membra fauos.
Ingenium: robur: rapte quoꝗ mentis acumen:
Obtundit: minuit: ſuffocat: ebrietas.
Ebrietas greſſus tentat: ſenſum obruit ⁊ que
Candida nunc fuerant nigra repente facit.
Ebrietas venerem: rixas: certamina: ſecum
Fert quocunꝗ pedes pernicioſa trahit:
Hanc puer vt tortum fugias ſtudioſe colubrum:
Toxica qui turpi ſub cute ſemper habet
Hanc vbi vitaris ſtudio feruente reuoluas:
Que diſcenda tibi iuſſerat ante regens

Poſt vbi clara dies biſquinas egerit horas
Prandia chare puer: ſed moderata: cape.
Ante tamen ꝙ menſa adeas benedicite dices:
Signabiſꝗ pia fercula cuncta manu.
Plutonis duras pellit crux aurea fraudes:
Crux hominum certe vita ſaluſꝗ fuit.
Crux tulit eterni pendētia corpora regis:
Impius hanc metuit religioſus amat.
Si quiſꝗ affuerit digna grauitate verēdus
Limpida de puro flumina fonte dabis.
Poſt manibus lautis cū quiſꝗ reſederit: eſcas
Et lauto appones dulcia vina vitro.
Nec menſam niſi iuſſus adi: mea iuſſa memento
Hic quoꝗ cum fueris ſemper honeſta ſequi
Sis hilaris vultu: linguam frenare memento:
Sal capias cultro: ſepe parumꝗ bibas.
Nec macules craſſo mantilia munda liquore.
Nec caput aut digitos confricuiſſe velis.
Nec diſco attigeris qđ dentibus ante reponas:
Nec turpem natibus: nec dabis ore ſonum.
Nunꝙ vel cubitis vel pigro pectore menſe
Nixus eris: nobis ſi placuiſſe voles.
Impartire dapes ſocijs: cum fercula ſumes:
Sat fuerit digitis continuiſſe tribus.
Cum dapibus ſuperata fames: ⁊ victus edendi
Extiterit celſi munere regis amor.
Uertice nudato non immemor ipſe bonorum
Que tibi dat Chriſtus talia verba refer.
Immenſas grates agimus tibi maxime rector:
Humano generi qui bona tanta facis.
Qui viuis claro ſeculorum ſecula celo
Hic vbi nos vita diffugiente vehes.
Gloria: laus: ⁊ honor: virtus: eterna poteſtas:
Perpetuo tecum: ſint: vigeantꝗ die.
Mox redeas operam ſtudio: libriſꝗ daturus:
Ultima dum cene venerit hora tue.

Tu quoqꝫ tunc humili dices benedicite vultu.
Poſtq̄ cibū grates reddere promptus eris.
Si quiſqꝫ affuerit digna grauitate verendus
Quid vetet ipſe tibi: qui iubeatqꝫ: vide.
Illiuſqꝫ tua fer verba recondita mente
Sed fuge femineos q̄ potes ipſe choros.
Femineos odi: peſtis quia maior in orbe.
Nulla poteſt hominem cōminuiſſe: choros.
Dum linum purgant: dum nent: acriqꝫ fauilla.
Caſtaneas torrent. ſegnia verba ferunt.
Segnia verba ferunt: iuuenis tunc cereus illic.
Addiſcit que mox dedidiciſſe volet.
At mihi ſis charus potius ſecreta requiras:
Hic vbi doctorum ſuauia dicta legas.
Nam cibus vt ſuauis nutrit tua corpora: nutrit
Sic animam lepidi nobile dogma viri.
Inde ſalutato diuumqꝫ: hominumqꝫ parente:
Compones tepido languida membra thoro.
Hic tacitus ſomnum accipias: ſuas tēpora libri:
Et ſua nocturnus tempora ſomnus habet.

¶ Ad libellum vt dn̄m Guillermū drouinum p̄ceptorem meum petat.

Guillermum pete codicille: eumqꝫ
Noſtro nomine milies ſaluta
Qui noſtre tenere iuuente alūnus
Qua mons caſtalias acutus vndas
Profuſe ſitientibus miniſtrat
Tam doctum dedit: ⁊ bonum magiſtrum
Bono in diſcipulo probent: amentqꝫ
Quiqui zizania carent proterua.

¶ In antonium ſonerium Hexaſtichon.

Cur canis oblatras: ſed nō canis: id tua mōſtrāt
Corpora: ſed duro ſtat tibi corde canis.
Nunc depone canem: iam non latrabis: eriſqꝫ
Vir ſubito inſanus cum canis ante fores
Si latras hac eſſe canem ratione putabo:
Qua ſi vlules verum te reareeſſe lupum.

¶ Finis.

¶ Regiſtrum.

AA a b c d e f g h i k l m n o p q A B C D. Omnes ſunt quaterni preter q ⁊ D qui ſunt duerni.

BIBLIOTECA ...RSITARIA DE ...ANADA


P·V

CAJA
C-96